



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 48. Borussiæ Rex solemnitati ob hanc pacem habitæ præsens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Borussi & Saxones copias suas a Gallo-^{Sæc. XVIII.}
 Bavaris separassent, easque e Bohemia ^{A. C. 1742.}
 eduxissent, hi cum ingenti suorum cla-
 de ex Austria, Bohemia, Moravia &
 Bavaria ejecti fuere.

§. XLVIII.

*Borussicæ Rex solemnitati ob hanc pa-
 cem habitæ præsens.*

Postquam Fridericus Borufforum Rex
 Vratislaviam Victor ingressus fue-
 rat. Cardinalis Sinzendorffius Vratis-
 laviensis Episcopus, ut publicæ Deo
 ac Domino exercituum grates repende-
 ret, in Ecclesia Cathedrali ad Sabulum
 dicta solemne Officium ad diem tertiam
 Julii indixit, ipsumque Regem, ut hanc
 festivitatem sua præsentia condecoraret,
 perdemisse rogavit. Annuit Genero-
 sissimus Rex, ac ipsemet unacum duo-
 bus suis Fratribus Germanis Guilielmo
 & Henrico, necnon Principe Ferdinan-
 do ac numeroso Belliducum & Procerum
 comitatu præfatam Ecclesiam accessit,
 quem ante Templi fores Cardinalis Sin-
 zendorffius Præsul, & Præpositus Co-
 mes de Schafgotsch omnesque Canoni-
 ci ac universus Clerus summa venera-
 tione excepit, & usque ad Augustale
 solium comitatus est. Mox idem Car-
 dinalis ipse concionem elegantissimam

M p 5 ha

Sæc. XVIII.
A. C. 1742.

habuit, assumpto themate ex his Plain
CXXI. verbis: *Propter Fratres meos et
proximos meos loquebar pacem de te: pro-
pter domum Domini Dei nostri quoniam
bona tibi.* v. 7. & 8. Absoluto hoc ser-
mone Comes de Schaffgotsch Cathedra
lis Ecclesiæ Præpositus Sacrum solemne
habitu Pontificali insignis celebravit
cui æque ac Concioni Rex cum
Comitatu singulari modestia interfu-
it.

§. XLIX.

*Hæc pax ab Hungariæ Regina
primo Pontifici annuntiata.*

Gemino hoste, eoque potentissimo
hanc pacem conciliato Maria The-
sia Hungariæ Regina ceteris suis quæ
que inimicis debellandis haud amplius
impar ipsum summum Pontificem
gaudii participem reddere festinavit.
Hanc in rem Comiti de Thun Regi
Hungarico suo apud Romanam Aulæ
administro negotium dedit, ut in ita
cis Nuntius apud Benedictum XIV. Pa-
pam esset. Igitur Comes impetrata
loquii copia hunc in modum peroravit.

BEATISSIME PATER!

„Hungariæ Regina Princeps ac De-
„mina mea, pacem cum Boruffo pep-
„git, partim ut fæderatis Principibus